se de iure cōmuni in sibi subiectos nisi ratione delicti animaduertere ꝛ exactiones facere non pro libito voluntatis: sed pro bono statu rei publice. Ex qbus omnibus satis videt̄ esse conclusum. ꝙ etiam in tēporalibus summ⁹ pontifex plenaꝫ potestatem habꝫ iuxta illud quod habet̄. xxij. d. c. omnes vbi dicit̄ ꝙ ecclesiam solus ille fundauit scilꝫ xp̄s ꝛ supra petraꝫ fidei mox nascētis erexit qui beato petro eterne vite clauigero terreni simul ꝛ celestis impij iura cōmisit. ¶ Si enim nō ita esset ꝙ summus pontifex vterqꝫ gladium habere imperfectior essꝫ sacerdos in lege gratie qꝫ fuerit in lege nature: vel etiam in lege moysi. Naꝫ de Melchisedech legitur ī Geñ. ꝙ cū hoc quod erat sacerdos dei altissimi: erat etiā rex. De moyse etiam cum ꝙ officium regis exercebat licet rex non diceretur legitimus ꝙ sacerdos erat: iuxta illō ps Moyses ꝛ Aaron in sacerdotibus eius: qꝛ lꝫ officium sacerdotis non exerceret in offerēdo hostias offerebas tamē vota ppl'i. Et ideo ysidorus lib. de psonis ecclesiasticis: q̄rens cuius figuram faciebat moyses. Si enim filij Aaron p̄sbyterorum figurā faciebant. Aaron autē summi sacerdotis. Moyses autez quē p̄figurabat. ꝛ rn̄det ꝙ in dubitant per oīa xp̄um qui fuit rex ꝛ sacerdos ꝛ mediator dei ꝛ hominuꝫ

qui⁹ est verus dux ꝛ pplor̄ verus p̄nceps sacerdotum ꝛ dn̄s pontificis. Si ergo dicere nolimus sicut nec debem⁹ ꝙ sacerdos imꝑfectior sit in statu gratie qꝫ fuerit in stantibus illis qui non erant gratie affirmemus summū pontificeꝫ vtrunqꝫ gladiuꝫ hēre. ¶ Et si querat̄ quādo ꝛ quomodo talis ptās in tpalibus cōcessa fuit petro: dicendū ꝙ ex pluribus p̄rogatis sibi a christo spāliter collatis ꝛ ex multis ꝑm oībus ad ipm singulariter directis h̄ colligi possit. Nam sibi dictum est a xp̄o. Tu vocaberis cephas: sibi dictuꝫ est: pasce oues meas: sibi dictum est: cōfirma fratres meos: sibi etiā collate sunt claues regni celorum: ꝛ vt dictū est. cui cōmittitur p̄ncipale cōmittit̄ ꝛ accessoriū ꝛ spiritualiter quando tale accessorium cōtinetur p̄ncipali sicut inferius in supioris ꝙ ꝓtingit in presenti materia. ¶ Est tn̄ diligenter ꝯsiderandū ꝙ hmōi tpalia alit̄ s̄bsunt ptāti tpali: ꝛ aliter spūali. Nā tpali s̄bsūt in mediate quātum ad imediatam dispensatōnem ꝛ administrationē: sed spūali subsunt quātum ad principalem ordinationem: quia vt liberius talis ptās vacare possit spiritualibus opib⁹ ad que principaliter ordinata est: decens non ē: vt in mediate se occupet circa se occupet circa exercitium temporalium nisi in casu necessitatis dirigēdo cō

ſuadendo ⁊ imperādo. Et hoc eſt ꝙ dicit Bernardus in libro de conſe cratione ad Eugeniū papā. Indi/ gne ibi vſurpas tu apoſtolicꝰ offici um vile ⁊ gradū cōtemptibilium: vocat ꝯtemptibiles illos qui ſunt minoris meriti ⁊ inferioris gradus qꝛ vt ſubiungit apoſtolus epiſco/ pum inſtruens ait. Nemo militas deo implicat ſe negocijs ſeclaribꝰ: vbi aliquādo vt conuenienter ait idem Bernar. aliquis apoſtolorū iudex ſedit hominū: aut diuiſor ter minorū ante diſtributor terrarum xp̄s etiam ait. Quis me conſtituit iudicē ſup vos. Non ergo tranſgre diaris terminos quos poſuerūt pa tres tui. Nihilominꝰ tamē cōuenie ter. idē Bernardus dicit mihi. nō videtur bonꝰ extimator rerū q in/ dignū putat ap̄lis ſeu apoſtolicis iuris nō iudicare de talibus quibꝰ datum eſt iudiciū in maiora. Si er/ go regulariter de talibꝰ tēporalibꝰ poteſtas ſpūalis itromittere ſe nō dicitur expediens tam̄ ē: vt de tali bus ſe intromittat in caſu directio nis ⁊ neceſſitatis. ¶ Et ſi dicatur ꝙ xp̄s: nec etiā beatus petrus talē ptātem tēporalem aliquando exer cuerunt: qꝛ xp̄s dixit in Joāne. Re gnū meum non ē de hoc mondo di ci pōt ꝙ hoc fecerūt ad edificatio/ nem eccleſie ⁊ virorū eccleſiaſtico rū: vt darent eis exēplum declinā

di implicationē ⁊ ſolicitudinem re rum tēporaliū: vt in ſpiritualibus ⁊ portioribus liberius poſſent in/ tendere. Sed licet illi talem pote/ ſtatem nō exercuerūt non tam̄ ipaꝫ poſteriores ⁊ ſucceſſores indebite ⁊ icōgrue aliquādo exercere dicū tur quādo hoc viderint expedire. Nam xp̄s ⁊ etiam apoſtoli mlta ſe quenda ⁊ ordināda dimiſerūt ſuis ſucceſſoribꝰ ſm̄ diuerſa tēpora ⁊ di uerſus ſtatus eccleſie: que ipſi per ſeipſos tūc non executi ſunt nec or dinauerūt: qꝛ nec protunc opꝰ erat vt pulchre ponit Auguſtinꝰ in epi ſtola ad comitē bonifacium: vt ſu/ pra dictū fuit. Quod vt clarꝰ fiat inducenda ſunt verba Augu. in ꝓ pria forma dicentis ſic. Quod eni dicunt q contra ſuas in pietates le ges iuſtas inſtitui nolunt nō petiſ/ ſe a regibus terre apoſtolos talia nec contra aliquos regū auxilium vocaſſe. non cōſiderant aliud tunc non fuiſſe tēpus ⁊ omnia ſuis tem/ poribꝰ agi. Qui enim in epiſcopū tunc crediderat imperator qui ei ꝓ prietate contra impietatem leges ferendo ſeuiret qn̄ adhuc illud ꝓ/ pheticum complebatur. Quare fremuerūt gentes: ⁊ populi medi/ cati ſunt in ania. Aſtitere reges ter re ⁊ principes conuenerunt in vnū aduerſus dominū ⁊ aduerſus chri ſtum eius. Nondū autē agebatur

q̄ in eodez p̄s. ¶Paulo post dicitur Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terraz. Seruite domino in timore ⁊ exultate ei cū tremore. Quomodo ergo reges seruiunt domino in timore: nisi ea q̄ cō-tra iussa dn̄i sunt religiosa se veritate ꝓhibendo atq̄z plectendo. aliter enim seruit quia homo ē. aliter quia rex est. Quia enim homo est: seruit viuēdo fideliter q̄z vero rex ē seruit: leges iuxta p̄cipiētes ⁊ cō-traria ꝓhibentes conuenienti vigore santiendo sicut seruiuit Ezechias ⁊ tēpla ydolorū ⁊ illa excelsa que contra dei p̄cepta fuerāt cō-structa destruēdo. In hoc ergo seruiunt dn̄o: reges inquantū sunt reges cum ea faciunt ad seruiendunt q̄ non possunt facere nisi reges. Cū itaq̄z nondūz reges dn̄o seruirent tp̄ibus ap̄lorum: sed adhuc meditarētur in ania aduersus eum ⁊ aduersus xp̄m eius non vtiq̄z: vtique tunc possent impietates legib⁹ ꝓhiberi sed potius exerceri. sic eniz ordo tp̄orū voluebatur: vt ⁊ iudei p̄dicatores xp̄i occiderent putantes se obsequiū deo facere sicut p̄dixerat xp̄us ⁊ gentes fremuerunt aduersus xp̄ianos ⁊ omnes patiētia martyrum vinceret. ¶Postea vero cūz cepit impleri q̄ scriptum ē: ⁊ adorabunt eū omnes reges terre omnes gentes seruient ei. quis mente sobrius dicat nolite curare in regno vestro a quo teneatur: vel oppugnet ecclesia domini nostri non ad vos pertinet. Ex quibus verbis Augu. satis apparet quod plura non exercuerunt apostoli que successores ip̄orum decenter exercent ꝓpter diuersam cōditionem tēporum.

¶ Cap̄lm. vij. in quo adducūtur aliqua motiua nitentium ꝓbare q̄ summ⁹ pontifex plenā p̄tātem non h̄z in temporalibus.

Non obstantibus ratō-nibus ⁊ apertis auctoritatibus q̄ī premissis capitulis ponebantur ostendentibus q̄ potestas summi pontificis ad temporalia se extendat sunt. non nulli de suo ingenio presumentes qui dicunt q̄ sicut in veteri testamento reges erant subiecti sacerdotibus solum quātum ad spiritualia. Unde ab eis in vngebantur ⁊ instruebantur. non autem quātum ad tēporalia: quia potestatem temporalem ab eis nō recognoscebant. Immo magis econuerso in temporalibus ipsi sacerdotes subdebantur regibus: sicut reges subditi erant sacerdotibus in spiritualibus. Sicut etiam vt dicunt debet esse in nouo testō quod est in veeteri significatum ⁊ p̄figuratum: q̄z omīa in figura contingebant illis: vt potestas spiritualis sic ordinata sit ad spiritualia. non

super illis tpalibus que sunt regū ꝛ pncipum intromittere se nō de/beat nec possit: sed solū intromittere se potest de illis tpalib⁹ que i mediate spūalibus sunt annexa: sicut sunt ecclesiastica beneficia ꝛ alia q̄cunqꝫ tēporalia quocūqꝫ modo ad ecclesiam in mediate ptinentia cuꝫ solum in cāis spūalibus ptās tem/poralis sit ptāti tpali subiecta. Q̄d nituntur multipliciter probare.

¶ Primo sic nulla ptās extendit se ad ea que non sunt sui ordinis. sꝫ tpalia sunt extra ordinem spūalis ptātis. ergo spiritualis ptās ad il/la non se extendit. ¶ Preterea iste due ptātes sunt distincte ꝛ vtraqꝫ sic in mediate est a deo q̄ vna in aliam nō reducitur: q꞉ impiū a solo deo est ꝛ a solo deo habet̄ sic inuit̄ xx. q. iiij. capi. quesitum ergo ptās spūalis ad tēporalitatē illam q̄ im/perium respicit non se extendit.

¶ Preterea d iure ab ipatore nō potest appellari ad papā: sicut habetur extra de appellatōnib⁹. hoc aūt nō esset si talis potestas tpalis eēt sub spūali. ¶ Preterea ecclesia recognoscit tēporalia a princi/pibus secularib⁹. vnde ꝛ tributuꝫ soluit ecclesia impatori: vt habet̄ i xi. q. i. c. magnum. ¶ Preterea si summus pontifex hꝫ ptātem in spiritualib⁹ ꝛ tēporalibus videtur q̄ potestas tpalis supfluat: ꝛ frustra sit. deus āt ꝛ natura nihil facit frustra. ergo huiusmōi tpalia ad potestatem tēporalem spūalem nō pertinent. ¶ Preterea cui nō competit vti materiali gladio non hꝫ po/testatē tēporalem: sed spūalem potestatē non cōpeti vti materiali gladio: sed solum hoc cōpetit tēporali potestati ꝫm q̄d dicit glo. sup illo verbo ad Ro. Non sine causa gla/dium portat q̄d intelligenduꝫ ē de temporali potestate que hꝫ gladiū ad puniendū corporaliter malos.

¶ Preterea ꝫm Hugo. in lib. de sacramētis. Spiritualis potestas: nō ideo p̄sidet: vt terrene in suo iure p̄iudiciū faciat: sicut ip̄a terrena potestas q̄ spirituali debet̄ nunq̄ꝫ sine culpa vsurpat. p̄iudiciū autēꝫ faceret si de temporalib⁹ pertinentibus ad temporalē ptātem se in/tromitteret ergo talia tēporalia ad spiritualem non pertinēt. ¶ Preterea beatus Ber. in lib. de ꝯsola/tione ad eugeniuꝫ papā loquēs de impialib⁹ insignijs ꝛ ornatib⁹: seu apparatib⁹ dicit q̄ sūm⁹ pontifex i talib⁹ nō succedit petro sed ꝯstāti/no. ergo iure dīno nō cōpetit petro sed successoribus tpalis potestas.

¶ Preterea vicari⁹ vt iuriste dicunt nō hꝫ totā illā ptātē quā hꝫ il/le cui⁹ est vicari⁹. Sꝫ papa ē vica/rius xpi. nō ḡ hēbit totā illā ptāteꝫ quā hūit xp̄s. Sꝫ ptās illa q̄ in xp̄o fuit vnita ꝛ extendebat se ad spūalia ꝛ tpalia diuisim ꝛ ptial̄r cōicata

est hoībus.ita q̄ summo pontifici
cōicata est ptās i spūalib⁹:in qbus
pōt vicarius. Sed pncipi seculari
cōicata ē ptās in spūalib⁹:ꝛ ẜꝫ hoc
dicet᷑ vicari⁹ xpi i tpalib⁹. ¶ Pre
terea glo.sup illō ps. Tibi soli pec
caui dicit rex oībus est supior.ꝛ iō
a deo tm̄ q est maior eo ē puniēdus
Si qs enī de pplo peccaui deo pec
cauit ꝛ regi.ꝛ ideo a rege puniēdus
ē. Rex ṽo non hꝫ hoīeꝫ q sua facta
diiudicet ex quo videt᷑ sequi q̄ eti
am rōne delicti nō possit ptās spiri
tualis de regibus ꝛ principib⁹ tpa
libus se intromittere.

¶ Capl'm.viij.in quo soluunt᷑ rō
nes ꝛ motiua ītentiū ꝓbare q̄ sū
mus pontifex in tpalibus nō habꝫ
plenitudinem ptātis.

RAtionib⁹ ꝛ motiuis ni
tentiū ꝓbare q̄ sūmus
pontifex in tpalib⁹ ple
nam ptātem nō hꝫ non obstantib⁹:
absolute dicēdū ē sicut supius dice
batur q̄ loquendo de ptāte spūali
plenaria q̄ solū est i sūmo pontifi
ce q̄ ipe plenitudinē ptātis hꝫ ꝛ in
spūalibus ꝛ in tpalib⁹. Secus ē de
ptāte spūali alioꝝ pontificū: qui p̄
sunt determinatis eccl'ijs:qꝛ talib⁹
ptātibus quātūcunqꝫ spūalis sint
regul'r loquendo secularis ptās nō
videt᷑ esse subiecta tēporaliter ꝛ in
hijs que ptinent ad bonū ciuile: sꝫ
solum spūaliter:ꝛ in hijs que dire
cte respiciunt salutē aīe. vnde in ci-
uilibus ꝛ tpalib⁹ magis obediēdū
est tali ptāti tēporali. Sed in tēpo-
ralibus ꝛ in hijs q̄ directe respici-
unt salutē aīe magis obedienduꝫ ē
pontifici. Secus aūt est de ptāte sū
mi pontificis. q̄ sup spūalib⁹ ꝛ tpa
libus vl'e regimē hꝫ:nō solū iure nāl
li ꝛ diuino: vt supra ꝓbatū est: sꝫ ēt
iure humano ex cōcessione a ꝯstan
tino iperatore facta:q monarchiaꝫ
tenebat impij. Que tn̄ ꝯstantini cō
cessio facta beato siluestro eiusque
successorib⁹ cū concessit eis regimē
terrenū:ꝛ tēporalia insignia ꝛ offi-
cia nihil aliud videt᷑ fuisse:qꝫ iuris
diuini declaratio:ꝛ q̄dam etiā co-
operatio ordinata ex diuina ꝓuidē
tia:in cuius manu est cor regū:quia
ẜm sententiā sapientis. Cor regis i
manu dn̄i quocūqꝫ voluerit ṽtet il
lud: vt ptātem quā hēbat xpi vica
rius iure diuino liberi⁹ ipsā exerce
re posset de facto qꝫ ante tempora
imperatoris p̄dicti ꝓpter tyranno
rum persecutionē exercere non po
terat. Uel etiā dici posset q̄ ex hu-
iusmodi cōcessione summus ponti
fex magis in mediate se intromitte
re potest de tēporalib⁹. Quod pa
tet ex hoc quia cum vacat imperiū
in mediatā iurisditionem exercet:
ꝛ exercere debet in rebus tēporali
bus ad imperium pertinentib⁹: sꝫ
etiam alias de talib⁹ temporalib⁹
se itromittere possit ꝛ debeat sicut

ex pluribꝰ dictis superius satis ma nifestū est: ⁊ manifestius fiet ex so/ lutione eorū que dicta sunt in con/ trarium. ¶ Et primo ad illud qđ fundamētaliter adducebaꝛ de ve/ teri testamēto dicendū est ꝙ sacer/ dotiū veteris legis: licet esset figu/ ra sacerdotij noue legis. ab eo tam̄ ml'tipliciter deficiebat qꝛ sacerdo tium illud erat carnale: ⁊ per car/ nalez ꝓpagationē succedebat quā docūqȝ ad spiritualia obsequia or dinatum esset. In xp̄o etiam ꝓmit/ tebantur tēporalia in mercedē iux/ ta illud Isa. i. Si volueritis ⁊ au/ dieritis me bona terre comedetis. Sed sacerdotiuz noui testamēti nō est per successionē carnalem. Et in ip̄o principaliter ꝓmittunꝛ eterna tēporalia autem solū addunꝛ in sb̄ stantatione iuxta illud euangelij. Primū querite regnum dei ⁊ iusti ciam eius: ⁊ hec omnia addiciētur vobis. Ipsi etiam potestatē nō ha bebant iudicandi in spiritualibus: sed in aliqbus que erant spirituali um figura sicut iudicare īter lepraȝ ⁊ mundum ⁊ īmundum ⁊ similia. Et ideo mirādum nō est si in vete ri testamēto sacerdotes in tp̄alibus subdebantur potestati terrene: qꝛ tunc summa potestas erat potestas tēporalis. Sed in nouo testamēto vbi principaliter ꝓmittunꝛ eterna ⁊ spiritualia solum addunꝛ in sub/ stantione supprema potestas erit

potestas spiritualis: cui necessario subiecta poniꝛ spiritualia ⁊ tempo ralia. Et ꝓpter hoc sacerdotiū ve teris legis tanqȝ carnale ⁊ imper/ fectū fuit temporale ⁊ finez habuit Sacerdotiū aūt noue legis ꝙ est sa cerdotium xp̄i ⁊ eternum: vt quili bet sacerdos in noua lege dicatur sacerdos ꝭm ordinē melchisadech qui ordo ꝑpetuum erit: ⁊ nō ꝭm or/ dinem Aaron qui erat auferendus Non ergo seqtur si in veteri testa/ mento sacerdotes subiecti erāt re gibus in tp̄alibꝰ: ꝙ propter hoc sic debeat dici in nouo. ¶ Tunc cō/ sequēter rn̄dendum est ad illa que adducebanꝛ in cōtrariū. Nā cū pri mo arguebatur ꝙ nl'la potestas ex tendit se ⁊c̄. ¶ Dicēdum est ꝙ ta/ les ordines nō sic sunt diuersi qui vnus reducatur in aliū sicut ordo corporalium. Alius est ab ordine spiritualiū: ⁊ tn̄ ordo tēporaliuz sb̄ est ordini sp̄ualiuȝ: ⁊ ordinatur ad ipsum. Sic suo modo est de p̄tāte tp̄ali ⁊ spirituali: qꝛ vna sub est al/ teri ⁊ subseruit ei: ita ꝙ non solum dignitate: sed etiā causalitate vna est sub alia: ⁊ qꝛ que sunt causato/ rum pre insunt causis: vt dicit dyo nisius de diuino. potestas spiritua lis continebitur in potestate spiri/ tuali supprema. Sunt ergo distin/ cte potestates ꝭm se. non tamē sunt distincte secundum primariam au ctoritatem: qꝛ vtraqȝ vni conuenit.

¶ Ad aliud cũ dicebat̃ q̄ iste sũt
due ptãtes distincte ꝛ vtraq̃ȝ ĩme-
diate est a deo: dicẽduȝ q̄ verũ ẽ q̄
sunt disticte. vna tñ reducit̃ ad ali
am sicut ad cãȝ vtraqȝ tñ ĩ mediate
est a deo: ꝛ vt hic clarius videat̃ cõ
sciderandũ ẽ q̄ sicut hũana nã nãl'r
ad socialẽ vitã: q2 hõ nãliter ẽ aĩal
sociale ꝛ politicũ: ita nãliter incli-
natur ad regimẽ: ꝛ ad h̃ vt ab alio
regat̃. q2 ꝑꝑ ignorantiã hoĩuȝ ꝛ ma
litiã volũtatis expedit in hoĩb' cẽ
aliquos q sint aliorũ rectores ꝑ q̊s
ignorãtes dirigant̃: ꝛ peccãtes co-
hibeant̃. Et q2 hic ĩchoatiue hȝ cẽ
a nãli hoĩum inclinatiõe: ꝛ op' nãe
ẽ opus nãe dei. iõ talis ptãs dr̃ ex
diuina institutõe: ꝛ impiũ dicit̃ a so
lo deo: q2 eoipso q̄ op' nãe est op'
dei iuxta illud qδ dcm̃ ẽ ipsis regi-
bus. Sap. vj. Data est a dño ptãs
vobis ꝛ vr̃ ab altissimo dño ꝑficiẽ
tñ ꝛ formal'r hȝ cẽ talis ptãs a ptã-
te spũali que ẽ ꝑ grãm ꝛ a deo quo
dam spãli mõ deriuat̃. vñ ꝛ vnctio
adhibet̃ regib' ꝛ xp̃ianis in signuȝ
ratificatiõis ꝛ approbatiõis: q2 sic̃
ꝑ ministeriũ spũalis ptãtis fit aliqſ
xp̃ianus: ita eiusdẽ ministerio dȝ fi
eri aliqs cõpletiue ꝓnceps xp̃iano
rũ. ¶ Vel ẽt possit dici q̄ dato qδ
impiũ sit a deo. ita q̄ nõ hẽat̃ huma
na auctoritate: nõ tñ seqtur q̄ nõ sit
a papa q vices deo tȝ in terris: nõ
tñ ita ẽ de auctoritate spũali supp̃-
ma q̃ sic est a deo: ꝛ ex dĩna institu-
tione: vt a nulla alia auctoritate su
periori ꝑfici vl' formari hẽat. A so
lo ergo deo est impiũ ẜȝ cẽ informe
ꝛ impfectũ: ꝛ ẜm cẽ formatũ ꝛ ꝑfe-
ctuȝ ẽ a deo mediantib' illis q hẽnt
spũalem ptãteȝ in eccl'ia. vñ ꝛ ptãs
humana apδ infideles de qua mi-
nus q̃tumcũqȝ vr̃ sic ex inclinatõe
nãe ꝛ possit dici legima si ꝯpleat̃ ꝛ
in effectũ ponat̃ ex cõi cõdito ꝛ cõ-
sensu illoꝝ ad quos ꝑtinet ordina-
re semꝑ tñ in formis dicet̃: q2 ꝑ spũ
alem ptãteȝ nõ est approbata ꝛ ra
tificata. grã enĩ hȝ ꝑficere ꝛ forma-
re nãm. ¶ Considerandũ tñ est q̄
cũ dicim' impiũ siue regimẽ a solo
deo hẽri. hoc intelligẽdũ est altero
duoꝝ modoꝝ. Quia vel a deo ꝓui
dente sicut sunt regimina bona quẽ
admodũ acq̃rendi: ꝛ q̃tum ad vsũ
quãtũ ad modũ acq̃rendi: qm̃ legi
time acq̃sita sunt: vt in lege nãe ex
cõi ꝯdito ꝛ consensu multitudinis:
ꝛ in lege mosayca ex spãli dei ordi
natiõe: ꝛ in lege xp̃iana ex institu-
tione illoꝝ q vicẽ dei gerũt in terr̃ȝ
quẽadmoȝ ẽt ad vsũ qñ tali adepto
regimine ꝯtingit aliq̊s recte ꝛ de-
bite vti. ¶ Vel secũdo dicunt̃ ta
lia regimina cẽ a deo nõ ꝓuidẽte: sȝ
magȝ ꝑmittẽte sic̃ mala regimĩa quẽ
admodũ ad vtrũqȝ: ꝛ quẽadmodũ
acq̃rẽdi: ꝛ quẽadmodũ ad vsũ qñ ĩ
talib' vtrũqȝ eoꝝ vel alterũ deficit
q̃ regimĩa aliqñ de' ꝑmittit ꝑꝑ pctã
ppl'oꝝ: vel ad ꝓbatiõem bonorum

vel etiã ad punitiõez malo℞. Que pmissio pro loco ⁊ tẽpoꝛe iusta dici dꝫ ẜm ꝙ pulchꝛe ponit glo. ſup il lo ꝟbo apl'i. non eſt ptãs niſi a deo iniuſtũ inquit nõ eſt: vt ipꝛobis ac cipientib⁹ nocendi. poteſtatẽ bono rum patientia ꝓbeť: ⁊ malo℞ iniq̄ tas puniať. Nam per ptãtez diabo lo traditã. ⁊ Job ꝓbatus eſt vt iu ſtus apparẽt: ⁊ Petr⁹ tẽptatus ne de ſe pſumerz: ⁊ Paulus colaphi zatus ne ſe extolleret: ⁊ iudas dã natus: vt ſe ſuſpenderet. Et ſic do min⁹ iniuſtã ptãtez ſepe regnare ꝑ mittit: vt ex ipſa aliq̃d bonũ elicia tur. Et ẜm hoc regimina oĩa ⁊ po teſtates oẽs a deo eẽ dicũt: lꝫ diuer ſimode. Unde ⁊ ipſi Pilato dixit dñs. Non hẽres in me ptãtem niſi ꝓmũ datum eſſet deſup. Et ſi tales aliq̃n dicãtur regnare: non ex deo exponẽduꝫ ẽ: q2 nõ deo operante ſꝫ ſolũ permittẽte. ¶ Ad aliud cuꝫ dicebať de appellatiõe dicendum ꝙ verũ eſt in differenter in aliq̄buſ tñ caſibus ⁊ q̄õnibus arduis bene põt appellari. Et ſi dicať i iure ꝙ tpalia non ſubſunt iuriſditiõis pa pe. hic intelligẽdum eſt queãdmo dum in mediatã ⁊ regularez execu tionẽ. Quã etiam executionẽ in me diatã aliq̃n exercet: ⁊ exercere põt vt rõne delicti: ⁊ q̄n aliquid fuerit ambiguũ ⁊ difficile ⁊ q̄n impiũ va cat: ⁊ in plurib⁹ alijs caſib⁹ q̄ in iu re notanť: ⁊ adhuc notari poſſent

¶ Ad aliud cum dicebať ꝙ eccle ſia recognoſcit tẽpoꝛalia: ⁊ tunc di cendũ ꝙ verũ eſt quãtum ad in me diatam executionẽ. non tañ queãd modum ad principalem ptãtez: q2 talem ptãtem ſecularis ꝑnceps dꝫ recognoſcere a papa. Et iſta duo ſtant ſimul ꝙ ſecularis pꝛiceps po teſtatem ſuper tempoꝛalib⁹ a pa pa recipiat: ⁊ tañ in mediatã exe cutionẽ que ad talem ptãtem ſequi tur. aliquando recognoſcat papa a ꝑncipe ſeculari. Nam ſicut vide mus ꝙ rex poſſet a ſuo milite aliq̄ tempoꝛalia recognoſcere ſi ius ꝙ haberet miles in tempoꝛalibus re gi donaret. Sicut etiam ſuo modo põt eccleſia ab impio: ⁊ regib⁹ ⁊ ꝑn cipibus tẽpoꝛalia recognoſcere: ſi ius ꝙ in eis habent eccleſie donẽt. ¶ Et ad illud quod dicitur de tri buto dicendũ ꝙ eccleſia non ſoluit tributum impatoꝛi in recognitiõez dñij. Sꝫ pro pace ⁊ quiete qua de bet eccleſiam tueri ⁊ defenſare. vñ magis ſoluit tributum ſicut quod dam ſtipendium: vt talia bona tẽ poꝛalia tueať ꝙ̄ in recognitionem dñij. ¶ Ad aliud cum dicebatur ꝙ poteſtas tẽpoꝛalis ſuperflueret: dicendum ꝙ non ꝓpter hoc ſuper fluit. ymmo neceſſario req̄ritur ad hoc vt ptãs ſpũalis nõ intẽdat opi bus viliorib⁹: ſꝫ ſit liberioꝛ ad va candũ ſpũalib⁹: ⁊ pp adminiſtratõ nem tpaliũ: ⁊ inferio℞ non ipediať

a gubernatione spūali ꝛ superiorꝝ. ¶ Ad aliud cū dicebaẜ q̄ sicut si bi non cōpetit vti gladio materiali ita nō videẜ hēre ptātem tpalez. di cendum sicut dicit Ber. ad Euge- nium papaȝ q̄ si nullo mō gladius māl'is ad ecclesiam ptineret dicen tibus apl'is. Ecce gladij duo. hoc non rn̄disset dn̄s satis est: sȝ nimis est. vtrūq̄ȝ ergo gladium hȝ eccle- sia sicut vtrāq̄ȝ hȝ ptātem: aliter tn̄ ꝛ aliter: qꝛ gladium spūalem habȝ ad vsum sed māl'e ad nutuȝ sicut su perius declaratum fuit. In cuius signum in benedictione ꝛ coronati one impatoris sūmus pontifex su- mit gladium vaginatū de altari ꝛ tradit ipm̄ impatori dicens. Acci- pite gladiuȝ desup bt̄i petri corpo re sumptū per manus nr̄as lȝ indi gnas vice tn̄ ꝛ auctoritate sanctorꝝ aplorꝝ cōsecratas impialiter tibi cō cessum ad vindictaȝ malorꝝ v̄o lau dem bonorū. Et simil'r accingit illi ensem dicēs. Accingere gladiū tu um sup femur tuū potētissime ꝛ at- tende q̄ sancti nō in gladio sed per fidem vicerunt regna. In quibus verbis satis innuiẜ q̄ summ⁹ pon- tifex vtrūq̄ȝ gladium hȝ aliter ꝛ tn̄ aliter. ¶ Ad aliud cum diceba- tur q̄ tunc potestas spiritualis ter rene potestati p̄iudicium facere. di cendum q̄ ptās spiritualis nullum p̄iudiciuȝ facit ptāti temporali: sed ipsam dirigit ꝛ corrigit in agendis cuȝ sua ptāte abutitur. Immo ma- gis tunc exercet qđ sibi deberet: qꝛ sicut spūs ordinatus est ad dirigē- da corpora: ita ptās spiritualis ad dirigendum tpalem. Et sicut scīa sacre scripture iudicat quālibet tē poralem sciaȝ philosophicā: sic spi ritualis ptās iudicat quālibet tem poralem: sed tpalis ptās nullo mo do directe de spūalibus se intro- mittere dȝ nec pōt: qꝛ nullum agēs agit nec agere potest: vltra suā spe cieȝ propter quod punitus est rex Ozias lepra in fronte: vt diuinum officium celare nō posset: vt scribi tur. ij. per alip. xxij. ca. quid digni- tatem sacrificandi: ꝛ officiuȝ sacer dotij sibi vsum pare volebat minā do azarie ꝛ alijs sacerdotibus resi stentibus sibi: ꝛ instruentib⁹ ipsuȝ q̄ hȝ ad officium suū non ptinebat: sed ad filios Aaron sacerdotes q ad huiusmōi ministerium ꝯsecrati erant. ymmo nec etiā de ipsis tpali bus q̄ spūalib⁹ sunt annexa: psona layca se intromittere dȝ: sicut sunt ecclesiastica bn̄ficia: qꝛ si psona lay ca recipe non pōt ecclesiasticū bn̄- ficium: multo min⁹ pōt illud dispē- sare ꝛ alteri ꝯferre. ¶ Pōt tn̄ ad hoc ex ꝯcessione ptātis spūalis aliquid instr'aliter opari sicut pn̄tando vel noīando vel aliqđ sil'e faciēdo. Nō ḡ sil'e ē de ptāte spūali respectu tpa liū: ꝛ de ptāte tpali r̄specru spūaliū sic̄ i arguēdo dicebaẜ. ¶ Ad aliđ

cũ arguebaẜ de successione p̄ beatũ Ber. dõ est q̄ sũmus pontifex suc/ cedit petro in p̄tãte spũaliũ: vt talẽ p̄tãtem hʒ iure diuino: sed cõstanti no succedit ꝑut hʒ eam iure huma no qd̄ est aliquo mõ declaratiuũ ⁊ manifestatiuũ diui iuris: vt supius dc̃m ẽ. ¶ Aliud qd̄ arguebaẜ de vicario dicendũ est q̄ supposito di cto iuristarũ de noĩe vicarij qd̄ im portet p̄tãtem nõ plenã: ⁊ papa nõ hẽat totã illã plẽitudinẽ p̄tãtis quã hũit xp̃s sicut etiã supius visum est q² aliquã p̄tãtem xp̃s hũit: quã nul li hoĩum cõicauit: vt p̄tãtem excel lentie in sacr̃atis: ⁊ etiã cõferre ef/ fectũ sacr̃i: sine ritu sacr̃i ⁊ p̄la silia nõ tñ ex hoc seq̄tur qd̄ p̄tãtem i tpa lib⁹. Sibi nõ cõicauẽit: q² h̄ rõni re pugnat si debite cõsidereẜ orto tpa lium ad spũalia. Nam tpalia recte administrari non pñt nisi p̄ spũalia ordinenẜ. Et ideo ille q̄ p̄est in spũ alibus oʒ etiã vt in tpalib⁹ p̄sit or/ dinatio p̄ quos ⁊ eq̃liter ip̃a tpalia ꝯgruo mõ dispẽsanda ⁊ ordinãda sint. Et pro tãto sine hesitatõe asse renduʒ eẽ vi² q̄ oĩs p̄tãs ⁊ iuris di/ ctio tã tpalis q̃ʒ spũalis q̃ a xp̃o est cõicata ⁊ tradita hmõi residet apd̄ summũ pontificeʒ: a cuius p̄tãte ⁊ obedientia siq̃s se subtrahit desi/ nit esse membrũ ecclesiastici corp⁹ nec verus xp̃ianus dici potest: qa dum spẽrnit christi vicarium xp̃m spernit qui suis discipulis dixit. Qui spernit me spernit ⁊ procul/ dubio mẽbrũ dyabolicũ ⁊ antixp̃i censeri debetur. ¶ Ad aliud cuʒ dicitur q̄ rex non habet hominem qui sua facta diiudicet dicendũ q̄ potestas tẽporalis cum iudicatur a spirituali nõ iudicatur ab homĩe sed mag᷒ iudicatur a deo cuius vi ces spiritualis potestas gerit iter/ ris. ¶ Uel dicendũ q̄ illa aucto/ ritas intelligenda est de summo re ge spirituali. s. de summo ꝑontifice qui a solo deo iudicari potest q̄ ve re ⁊ proprie potest dici rex reguʒ ⁊ dñs dominantium: q² ad ip̃um spe cialissime pertinet totam ecclesi/ siam regere ⁊ iudicare tam in spiri tualibus q̃ʒ etiam in temporalibus vt superius visum est. Unde cum ecclesia proprie posse dici regnum ipse dicitur rex ecclesie.

¶ Capl̃m. ix. in quo sp̃aliter ostẽ ditur q̄ q̄libet rex seu p̄nceps tẽpo ralis cuiuscũq3 status ⁊ cõditioni existat nõ solũ in spũalibus: sed eti am in tpalibus subditus est: ⁊ esse debet summo pontifici.



Icet ex hijs que supe/ rius dicta sunt de po/ testate summi pontifi/ cis super spiritualib⁹ ⁊ temporalibus satis manifestũ eẽ possit diligenter considerãti q̄ re/ ges ⁊ principes cuiuscũq3 p̄eminẽ

tie ꝛ ꝯditionis existunt non solum in spiritualibus: sed etiã in tp̃alib⁹ sint ptãti sp̃uali suppꝛeme subiecti. Põt tñ nihilominus hͦ sp̃aliter in p̃nti cã. tribus vijs oñdi. ¶ Quarũ pꝛima sumit̃ ex rerũ tp̃alium dominio. ¶ Scd̃a ex ipsarũ rerũ one re. ¶ Et tertia ex dictõne p̃ncipij q̃ huiusmõi tp̃alib⁹ p̃sunt. ¶ Preterea pꝛimũ cõsiderandũ est: q̄ hõ non dr̃ dñs rerũ quãtum ad ipsam naturã. Hoc enĩ modo solus deus est dñs rerũ qui eas creauit ꝛ instituit. Sed pꝛo tanto hõ dicitur dñs rerũ qꝛ ipsis vtitur: vel qꝛ hꝫ ptãtẽ vtendi eas. Nullus ergo iuste possidet aliqd̃ tp̃ale s̃m ius diuinũ nisi ab eo qui est dñs rerũ s̃m substãtiam recognoscat. ꝛ eius dñio voluntarie se subdat a quo illud tenꝫ ꝛ possidet ꝛ cũ hoc huiusmodi rebus ad illũ finem vtat̃ ad queꝫ sibi collate sunt. Et pꝛo tanto infideles qꝛ debito mõ nõ p̃uãt iniuste tp̃alia possidere dicunt̃ de iure dĩno qcq̃d sit de iure humano s̃m queadmodum põt intelligi v̄bum Augustini dicẽtis q̄ iure diuino oĩa sunt iustoꝛum. Deo aũt non subdit̃ q̄ subiectus non est dei vicario ꝛ ecclesiastice ptãti. Nullus ergo rex vel tp̃alis p̃nceps cuiuscũqꝫ cõdictiõis existat excipi potest si xp̄ianum se fateri vult noĩe ꝛ re q̄n etiã in tp̃alibus ptãti suppꝛeme sp̃uali subijci debeat. Cuꝫ generaliter ptãs temporalis in quocũqꝫ inueniatur subdita debeat eẽ iudicio sp̃ualis ptãtis: qꝛ tali ptãti subesse sp̃ualiter ꝛ temporaliter de necessitate salutis est. In cuius signũ tp̃alis ptãs etiã legibus vti non debet nisi fuerint per sp̃ualem potestatẽ appꝛobate qꝛ leges quas restituit a diuinis legibus discordare non debent: sed eis a sacris canonibus subijci. Nã sicut potestas subijcitur potestati: ita ꝛ leges legib⁹ debent esse subiecte. p̄pter quod cõuenienter superius dicebatur q̄ ptãs spiritualis erat forma potestatis tẽporalis eo modo quo lux: dicitur forma coloris: qꝛ sicut coloꝛ: lꝫ hẽat aliqd̃ d̄ nã lucis: hꝫ tñ ita lucem debileꝫ q̄ nisi supueniat lux exterioꝛ per quẽ formet̃ nõ inhereret̃. sed virtual̃r non põt monere visũ. Sic etiã ex simili dici põt q̄ tẽpoꝛalis ptãs habet aliqd̃ de veritate potentie cuꝫ sit ex iure humano q̄ a nã oꝛitur. tamen imp̃fecta ẽ ꝛ informis: nisi formetur per sp̃ualem. Iuxta dictum Hugo. de sancto victoꝛe dicẽtis q̄ sacerdotalis dignitas regalem potestatẽ nõ solum sacrat per benedictionem: sed etiã infoꝛmat per institutionẽ. Per istam aũt foꝛmatiõeꝫ nihil aliud cõuenientius intelligi põt quã ratificatio ꝛ appꝛobatio.

¶ Secũda via ad oñdenduꝫ hoc idem sumitur ex ipsarũ rerũ tp̃aliũ onere q̄d dñi debẽt dare decimas

platis ecclesie in recognitiōē3 serui
tutis dei a quo talia tpalia possidet
eo modo quo aliq sūt tributarij ali
cui dño rōne eius qd tenent ab eo ⁊
non solū ipsi pncipes: sed ēt subie/
cti pncipib⁹ talem censum soluere
tenent. Jstā ptās spūalis non solum
principib⁹: sed etiā principū subdi
tis in spūalibus ⁊ tpalibus preest.
Quia ergo oīa tpalia subdita sunt
ecclesie sup qbus h3 censum ānum
iure ⁊ mādato diuino seqtur qd oēs
cuiuscūq3 pheminentie existant qui
talia tpalia possident etiā tēporali
ter ei subijciant. vnde dicta est spi
ritualis ptās regale sacerdotium:
q2 summ⁹ pontifex sūmus rex est ⁊
sacerdos: q2 h3 ptātem regalē ⁊ sa/
cerdotalem p pñs potestatē dirigē
di ⁊ ordinandi sacerdotes ⁊ reges
spūaliter ⁊ tpaliter. Jmmo maior ē
dignitas summi pontificis inquan
tum rex est quam inquātum sacer
dos: q2 inquātū rex est h3 iudicare
in spūalibus ⁊ regnū introducere:
⁊ ex venienti in tpalibus. Et hab3
rationē pncipij mouētis ⁊ digeren/
tis. Jn noīe sacerdotij inquātū hu
iusmodi nomē importatur psidentia
⁊ platio sicut in noīe regis sed ma/
gis qdam meditatio ⁊ quoddā mi
nisteriū sacerdos dicitur medius
inter deū ⁊ ppl'm propter qd oīa se
cundūq3 attenditur mediatio ⁊ cō
uinctio hoīs ad deū sunt sacerdoti
pprij sicut offerre sacrificiū p pec/
catis: orare pro populo: vota ppl'i
offerre: ⁊ hoc modo. Jlla aūt que i
portant regimen ⁊ directōē3 attri/
buunt regi sicut iudicare corrigere
punire premiare ⁊ huiusmōi. qua3
potestatē regalē in tpalibus habet
sūmus pontifex a constantino ab/
solute loquēdo: vt quidā dicūt: sed
magis ab ipso xpo cuius est vicari
us qui etiā maioris dignitatis cen
seri d3 inquātū fuit rex quā qūtū sa
cerdos: quia sacerdos fuit inquan
tum hō offerendo seipsum pro no/
stra recōciliatione: vt idem esset sa
cerdos: quia sacerdos fuit inquan
tū homo offerendo seipum pro no
stra recōciliatione: vt idem esset sa
cerdos ⁊ sacrificiū. Sed rex fuit in
quantū homo ⁊ inquātū dñs. Rex
ergo regū sūmus pontifex ⁊ in spi
ritualib⁹ regere ⁊ iudicare h3 licet
diuersimodi: vt superius diceba/
tur propter qd bñ cōmuniter dictū
est qd spūalis ptās ad tpalia dupli
citer se extendit. Uno modo quan
tū ad vsum ppzie necessitatis: quia
dignū est: vt qui spūalia seminat d
tpalib⁹ metere possit. ¶ Et alio
modo quātū ad iudicium q2 cu3 de
spūalibus iudicet que potiora ⁊ su
periora sunt pōt etiā de qbuscunq3
tēporalib⁹ ⁊ quorūcunq3 iudicare.
¶ Tertia ab vna oñdēdū hoc idē
sumitur ex cōi quasi cōdictione pri
cipū qui huiusmodi tēporalib⁹ pre
sunt. Quia cōiter loquēdo reges ⁊

principes faciliter degerāt a bono regimine ⁊ efficiunt tyrāni sicut ex multis exemplis apparere posset: ⁊ in lege nature ⁊ in lege mosayca ⁊ etiā in populo xpiano vbi de mł tis pricipibus pauci veri reges inuenti sunt ⁊ multi tyrāni ꝙ ex hoc videtur cōtingere: qꝛ cum regibus magna potestas ꝯcedat: oportꝫ ꝙ in eis sit magna virt⁹ que in paucis inuenitur. Et ideo pauci regulariter ⁊ debite principantur: ⁊ ꝙ̄ plures indebite ⁊ tyrānice: ꝓpt quod dn̄s in populo israeletico a principio nō instituit regē cum plena potestate: sed magis iudicēꝫ ⁊ gubernatorem ad eorū custodiam. Sꝫ regem videt dedisse ad petitionē populi quasi indignat⁹. Unde ait ad samuelē. Non abiecerūt te: sed me ne regnē super eos. Et qꝛ talis facilis inclinatio ad tyrānidem vergit in dispendiū salutis non solum principantiū: sed etiā subditorū qꝛ ex hoc tam principantes qꝫ subditi sepe machinari cogūtur ad ea que sunt saluti animarū ⁊ corporꝫ ꝯ̄ria. De qbus malis regib⁹ qui proprie loquēdo reges dici non debent: qꝛ male regendo nomē regis amittūt iuxta ꝓuerbium veterū. Rex eris si recte facias: si nō facis rex nō eris. Sic̄ falsus denari⁹ nō dꝫ dici denarius. Pulchre loqt Ricar. d scō victore exponens illud apoc. i. princeps regnum terre. Sunt inquit qdam regū qui summo principi adherere cōtemnunt qui acceptaꝫ ab illo potestatē ꝭm ipsuꝫ exercere nolunt qui in subditos seuiunt ⁊ eos deuorant: ⁊ ꝙ supra se pncipem habent qui erripuit in opeꝫ de manu fortiorꝫ eius egenū ⁊ panperē a diripientibus eum minime pensant quos princeps regum ad exercitationē ⁊ purgationem electorꝫ ad tēpus seuire permittit. Sed in tēpor retributōis eos de hac seuicia grauiter iudicabitur. Nam potestates potenter tormenta patiunt ⁊ fortioribus fortior instat cruciatus. Redeant ergo tales reges si tamen reges ad cōscientiā: ⁊ quod super se principem habeant cui de actibus suis sint reddituri rōnem recognoscant qui sicut potestatē potest conferre: sicut pōt ⁊ auferre. Baltheū enim regum dissoluit dn̄s ⁊ precingit fune reges eorū. Et quia xpus suā ecclesiam quā vsqꝫ ad mortem dilexit ⁊ quā acquisiuit in sanguie suo ordinauit sicut magis saluti fideliuꝫ expedire videbat: voluit in ecclesia aliquam potestatē esse cuius timore ab exercenda tali tyrānide reges ⁊ principes coherceri possent. Hec aūt potestas spiritualis suppⁱema que cuꝫ dirigit ⁊ corrigit ⁊ aliquando destituit talē potestatem tēporalem: potestateꝫ ꝭm se non dānat quia bona ⁊ necessaria est in ordine vniuersi ⁊ a deo or

dinata: sed corrigit ⁊ dãnat vtentē tali potestate indebite. ⁊ hoc licite ⁊ congrue fieri potest iuxta sententiaȝ glo. super illud ad ro. Omnis aīa potestatis sublimioribus subdita sit. dicentis ꝙ noīe potestatis interdum accipitur ptās ipsa que datur alicui a deo. Aliquãdo ipse homo habens ptātēȝ. non ergo destruitur aut dãnatur potestas ipsa que bona est ⁊ ad bonuȝ ordinata. Sed destituitur habēs potestateȝ cum vtitur ea indebite. ¶ Et si super ista materia quãtum ad principalem conclusionē de ordine tēporalium ad spiritualia aliter a quibuscũqȝ inueniat̃ notatũ in fauoreȝ regũ ⁊ principuȝ secularium veritas tñ ẜm se imutabilis est: ⁊ ordo sup hoc institutus ⁊ expssus a dño nostro iesu xpo.

¶ Capl'm. x. ⁊ vltimũ in quo ponitur epistola cõstantini directa vniuersali ecclesie ex qua plura euidentiora fient que i alijs capitulis dicta sunt.

Sicut supius dicebatur regimē ⁊ impiũ tpaleȝ nãlem est de iure hũano ē: q₂ ad hoc nã inclinat: ⁊ mediante institutōe humana pficitur: ⁊ ideo apud oēs ⁊ in oī tpe fuit: q₂ illud qđ nãe est cōe ē oībus pticipantib⁹ illã naturaȝ. Ita ꝙ sicͭ hō nãliter inclinat̃ ad socialem vitã. ita nãliter inclinatur ad politicam: ⁊ ad hoc vt in multitudine et sub debito regimine viuat. Immo tanto magis hō inclinat̃ ad regnuȝ q̃ȝ ad ciuitatē quanto bonũ regni pfectius est quã sit bonum ciuitatis Ciuitas enī non est aliđ ẜȝ qđ phi. ponunt: nisi quodam paruum regimen ⁊ regnum non est aliud, quam quedã magna ciuitas. vnde ⁊ antiquitus singule ciuitates regem habebant: ⁊ per cõsequēs regna dicebant̃. Quã inclinationem aspicimus ⁊ in brutis aīalib⁹ que sũt gregalia ⁊ socialia in quib⁹ ex ipso instictu nature quodã regimen inuenit. vnde ⁊ in apibus vn⁹ est rex q huiusmodi pullos: apum regni et dirigit: ⁊ grues vnã sequũtur secũdum qđ ponit phũs in libro de aīalibus. Multo ergo magis i hominibus hoc nō inueniet̃ quib⁹ magis propriũ est in societate viuere quã cuilibet aīali. Et q₂ opus nature ē opus dei: ideo tale impiũ tēporale a deo dicit̃ esse: cuius tpalis impij monarchiã tēpore beati Siluestri sũmi pontificis: tenebat serenissim⁹ pnceps Flauius. cõstantinus: ⁊ potest rōnabiliter dici ꝙ iuste eo modo quo iustũ dñiuȝ apud infideles inueniri pōt. Quia licet regnũ romanorum a principio p violentias ⁊ latrocinia incepit cōsequenter tamen ppter bonum regimen ipsius imperij cōmuniter omnib⁹ gentib⁹ factũ est gratum: vt voluntarie hu

mano iperio se subijceret: & per cõ/
sequens factũ est iustuз & legitimũ
lз non per omnẽ modũ propter de
fectum fidei christiane & falsorum
deorũ cultum. Juste ergo dici põt
qꝫ tenebat impiũ. tum quia illud tene
bat ex condicto & ꝯsensu gentium.
tũ etiã quia tali adepto imperio le
gitime vtebatur: sicut apparet in cro
nicis in quibus referuntur gesta prin
cipuз romanorũ. Ille ergo iure hu
mano quo dictꝰ impator clare me/
morie tenebat: impiuз poterat bea
to Siluestro & suis successoribꝰ im
perij concedere dignitatẽ sic & con
cessis: vt apparet epistola directa
vniuersali ecclesie cuius tenor ta/
lis est.

In nomine sancte & in di
uidue trinitatis patris
& filij & spũssancti. Im/
pperator cesar flauius cõstantinus
in xp̃o iesu imo ex eodẽ sancte trini
tatis saluatori dño deo nostro fide
lis: mãsuetus: maximꝰ: beneficus:
goticus: firmaticꝰ: germanicus: bri
tãicus: vnicꝰ: pius: felix: victor: ac
triũphator: sp augustꝰ: sctissimo ac
btissimo pr̃i patrũ siluestro vrb ro
me ep̃o & pape: atqꝫ omnibꝰ eiꝰ suc
cessoribus in sede beati petri vsqꝫ
in finẽ seculi scessuris pontificibus
necnon & oĩbus reuerentissimis &
d̃o amabilibꝰ catholicis episcopis
eidem sacrosancte ecclesie romane
p hanc nr̃am impialẽ ꝯstitutionem

subiectis in vniuerso orbe terrarũ
nũc & in posteris cũctis & retro tem
poribꝰ constitutis: Gratia: pax: ca
ritas: gaudium: longaminitas: mi/
sericordia a deo patri oĩpotente: &
iesu xp̃o filio eius & spũ sancto cuз
oĩbus vobis. Postqꝫ docente bea
to siluestro tertia i mersione vnda
salutis purificatum & ab omni le/
pre squalore mundatuз beneficijs
beatissimorũ Petri & Pauli apo
stolorũ agnoui. vtile iudicaui vna
cuз oĩbus satrapis & vniuerso sena
tu obtimatibꝰ etiã & cuncto popu/
lo romano glorie imꝑij subiacenti:
vt sicut in terris vicariꝰ filij dei eẽ
videtur constitus etiam & pontifices
qui ipsius principis apostolorũ ge
runt vices principatus: potestatẽ
amplius qꝫ terrena imperialis no
stra serenitas mansuetudo habere
videtur concessa a nobis nostroqꝫ i/
perio obtineant. Eligentes nobis
ipsum ꝑncipem apostolorũ vel eiꝰ
vicarios firmatos apd̃ deum esse
patronos. Et sicut nostra est impe
perialis terrena potẽtia eius scãm
romanã ecclesiam decreuimus ve
nerantur honorare: & ãplius quã nr̃з
impium & terrenũ tronũ sedẽ sacra
tissimã bti petri gloriose & exaltare
tribuentes ei ptãteз & glorie digni
tatem atqꝫ vigoreз honorificentiaз
impialem. Atqꝫ decernentes vbi
ꝑncipatuз sanciamus teneat causa
suꝑ quattuor precipuas sedes scз

anthiochenam alexādrinam cōstā
tinopolitanā ꝛ yerosolimitanā: q̄ꝫ
etiā super oēs in vniuerso orbe ter
rarū dei eccl'ias. Et pontifex qui ꝓ
tpe ipsius sacro sancte romane ec/
clesie extiterit celsior ꝛ p̄nceps cū/
ctis sacerdotibus totius mūdi exi
stat ꝛ eius iudicio queqꝫ ad cultuꝫ
dei vel fidei xp̄anorum stabilitatē
procurādam fuerint disponantur.
Justum quippe ē: vt ibi lex sancta
caput teneat p̄ncipatꝰ. vbi sancta/
rū leguꝫ institutor saluator noster
btm̄ petrum apl'atus obtinere pre
cepit cathedrā. vbi ꝛ crucis pati/
bulum substinens btē mortis sum
psit poculum: suisqꝫ magistri ꝛ dn̄i
imitatio apparuit: ꝛ ibi gentes ꝓ
xp̄i noīs confessione colla flectant
vbi earū btūs paulus apl's ꝓ xp̄o
extenso martyrio coronatꝰ ē. Illic
vsqꝫ in finem querant doctorē vbi
scm̄ doctoris qescit corpus. Et ibi
ꝓni ac humiliati celestis regis dei
saluatoris nostri iesu xp̄i famulen
tur officio: vbi superbi terreni re/
ges seruiebāt imperio. Interea no
scere volumus oēm ppl'm vniuer/
sarum gentiū ac nationū per totuꝫ
orbem terrarū cōstruxisse intra pa
latium nr̄m lateranēse eidem salua
tori nr̄o dn̄o deo iesu xp̄o ecclesiaꝫ
ac fundamentis cū baptisterio. Et
duodecim nos sciatis de eius fun/
damentis ꝺm numeruꝫ duodecim
apl'oꝝ cophinos terre honustatos
proprijs asportasse humeris. Quā
sacro sanctā romanā ecclesiam: ca/
put ꝛ virticem motiuū oīum eccle
siarū vniuerso orbe terrarū coli: di
ci venerari ꝛ predicari sentimus: si
cut per alma nr̄a impialia decreta
statuimus. Cōstruximꝰ itaqꝫ eccle
sias beatoꝝ petri ꝛ pauli primoꝝ:
quas argento ꝛ auro locupletiui/
mus vbi ꝛ sacratissima eorū corpo
ra cū magno honore recondentes
techas ipsorū ex electro cui nulla
ꝓualent elementoꝝ. Construximꝰ
ꝛ crucem ex auro purissimo ꝛ gem
mis ꝑciosis per singl'as eoꝝ teclas
posuimꝰ ꝛ clauis aures texuimus
Quibus procōcinatiōe luminario
rum possessiones ꝛ ꝑdia cōtulimus
ꝛ rebus diuersis eas ditauimꝰ. Et
per nostras impialium iussionū sa
cras litteras tā i oriente q̄ꝫ i occidē
te: vel etiaꝫ septētrionalia plaga ꝛ
meridiana: uidelꝫ in india Gretia
Asia: Tratia: Africa: Italia: diuē
sis insulis nostrā largitatē concessi
mus. Ea ꝓrsus rōne: vt per manꝰ
beatissimi patris nostri Siluestri
pontificis successorū q̄ eius oīa di/
sponat. Gaudeat enim vna nobis
cum oīs populus ꝛ gentiū natiōes
in vniuerso orbe terrarū exhortan
tes oēs: vt deo nr̄o ꝛ saluatori xp̄o
in mēsas vna nobiscū referatꝫ gr̄as
Qm̄ ipse dn̄s in celis desup ꝛ iter
ra deorsum q nos ꝑ suos apl'os vi
sitās scm̄ baptismatis sacr'm pcipe

τ corpus sanitate dignos effecit.
¶ Pro quo ꝯcedimꝰ ipsis sanctis aplīs dn̄is meis beatissimis petro τ paulo τ per eos etiā btō Silue/stro prī nr̄o summo pontifici: τ vlī vrbis rome pape: τ oībus eius successoribus pontificibꝰ q vsqꝫ in fi/nem mundi in sede btī Petri erūt sessuri: atqꝫ de p̄nti ꝯcedimꝰ palatium imperij nr̄i lateranēse qđ oībus in toto orbe terrarū prefertur atqꝫ ꝑcellit palatijs. Deinde dyadema vz corona capitis nr̄i simł q̄ frigiū. necnō τ sup humerale: vz lorū qui impiale circūdare assolet collū. verū etiā τ clamidem purpureā: atqꝫ tunicā coccineam τ oīa impialia indumēta: seu etiā dignitatē impialiū ꝑsidentiū eqtum cōferentes: Etiaz τ impialia scripta sił τ cūcta atqꝫ signa baltheū τ diuersa ornamenta impialia: τ oīa ꝓcessionez impialis culminis τ glorie ptātis nr̄e. viris enim reuerētissimis clericis in di/uersis ordinibꝰ eidem sacrosancte romane ecclesie seruiētibꝰ illđ cul/men singularitatē potentiā τ ꝑcel/lentiam hēre. Sancimus cuius amplissimus noster senatꝰ videṫ glo/ria adornari. i. patricios atqꝫ cōsu/les effici: necnō τ ceteris dignitatibus impialibꝰ eos ꝓmulgātes de/corari. Et sicut impialem militiam ita τ clericis sancte romane ecclīe ornari decernimꝰ. Et quēadmodū impialis potētia diuersis cubicula riorꝫ nempe τ hostiariorꝫ: atqꝫ oīuz excubiorꝫ ornatum pulchritudini/bus. ita τ scām romanā ecclesiā decorari volumꝰ: τ vt amplissimum decus pontificale ꝑfulgeat decer/nimus. Et hoc vt clerici scē romane ecclesie manipulis τ liteamini/bus. i. candidissimo colore eorum equos decorari: τ ita eqtari. Et sicut nr̄ senatꝰ calciamētis vtiṫ cū vdo/nibus. i. candido linteamīe illustrari: vt sicut celestia ad laudē dei de/corenṫ. Preoībus aūt licentiā tri/buentes ipsi scīssimo ꝑsuli prī silue/stro vrbis romane ep̄o τ pape: τ oībus q post eū in successum ꝑpetuis tp̄ibus aduenerīt btīssimis pōtifici bus ꝙ honore τ gloria dei nr̄i: τ in eadē magnā ecclesiā catholicam τ aplīcaz ex nr̄o indito quēadmodū placatꝰ ꝓpo clero clericare voluerit τ in numero religiosorꝫ clericorꝫ cōnumerare nullū ex oībus ꝑsumētes supbe agere. Decreuimꝰ itaqꝫ τ hoc vt idē venerabilis pr̄ noster siluester sūmus pōtifex vel oēs eiꝰ successores pōtifices: dyadema vz coronā quā ex capite nr̄o illi ꝯcessimus τ auro purissimo τ gēmis preciosis vti debeant: τ eorꝫ capiti ad laudē dei pro honore btī Petri gestare. Ipse vo beatissimus papa: sup coronā clericatꝰ quam gerit ad gloriaz beati petri oīno ex auro nō est passus vti coronā. Frigium vo candido nitore splendidū resurre

ctionem dñi eam designans eo sa/
cratissimi vertici man/bus nr̃as i/
posuimus. Et tenentes frenũ equi
eius reuerẽtia beati petri stratoris
officium illi exhibuimus. Statuen
tes eodem frigio oẽs eius successo
res singulariter vti in pcessionib⁹
ad imittationẽ impij nostri. vnde ut
nõ pontificalis apex vilescat sʒ ma
gis ãplius qʒ terreni impij dignitas
ꝛ glorie potẽtia decoref. Et palati
um nostrũ vt prelatuʒ est rome vr/
bis ꝛ oẽs Italie seu occidentalium
regionũ puincias loca ꝛ ciuitates
sepefato btissimo pontifici pr̃i nr̃o
Siluestro vl̃i pape ꝯcedẽtes atqʒ
relinquẽtes vel successoꝝ ipsi⁹ pon
tificũ potestati ꝛ ditioni firma im/
periali censura p hanc nr̃am diua/
lem sacrã ꝛ pragmaticũ constitutũ
decernimus disponẽdum ac iure scẽ
ecclesie pmanendũ. Unde cõgrue
ꝓspeximus nostruʒ imperium ꝛ re
gni potestatem orientalibus trans
ferri ac transmutari regionibus ꝛ
in bizantie prouincie in optimo lo
co nomini nostro ciuitatem edifica
ri: ꝛ nostrũ illic constitui imperiũ.
Quoniã vbi principatus sacerdo
tum ꝛ christiane religionis caput
ab imperatore celesti constitutum
est: iustum non est: vt illic impera/
tor terrenus hẽat potestateʒ. Hec
omnia vero per hanc nostram im/
perialem sacram ꝛ imperialia di/
ualia decreta statuimus atqʒ con/
firmauimus vsqʒ in finem mundi il
libata ꝛ i cõcussa permanenda: de
creuimus. Unde coram deo viuo
qui nos regere precepit ꝛ coraʒ ter
ribili eius iudicio obtestamur per
hoc nostrum imperiale constitutũ
omnes nostros successores impe/
ratores vel cunctos obtimates sa
trapas etiam amplissimum senatũ
vniuersum populum in toto orbe
terrarum: nec non in posterũ cun/
ctis retro temporibus imperio no
stro subiacentem nulli eorum quo
quo modo littere hec que a nobis
imperiali sacratiõe sacro sancte ro
mane ecclesie vel eius omnib⁹ pon
tificibus: concessa sunt refraga/
re atqʒ confrigere vel in quoquaʒ
conuelli. Si quis autem qͥ nos de
creuimus intemerator aut contem
ptor extiterit eternis cõdemnatio/
nibus subiaceat innodatus ꝛ san/
ctos dei pͥncipes apostolorum pe
trum ꝛ pauluʒ sibi in pn̄ti ꝛ futura
vita sentiat ꝯrios: atqʒ in inferiori
ꝯdemnatus cũ diabolo ꝛ oĩbus de
ficiat impijs. Huius ꝟo imperialis
nr̃i decreti pprijs manib⁹ roboran
tes sup venerandũ corpus bti pͥn/
cipis apl̃oꝝ posuim⁹: vtiqʒ eidem
dei apl̃o spondentes nos cũcta in/
uiolabiliter cõseruare ꝛ cũctis no
stris successorib⁹ impatoribus con
seruanda mandatis relig. Beatissi

mo pater nr̃o Siluestro sũmo pon
tifici ꝛ vniuersali pape eiusqꝫ ꝑ eũ
cunctis successoꝛibꝰ põtificibꝰ dño
deo ꝛ saluatoꝛe iesu xp̃o annuente
tradimꝰ ꝓhẽniter atqꝫ feliciter pos
sidendã ꝛ subscriptio impialis: di
uinitas vobis conseruet ꝑ multos
ãnos scissimiꝰ btissimi patres. Datũ
rome ĩb die kalẽ. april. dño nostro
flauio cõstantino augusto quarto ꝛ
gallicano clarissimis iuris ꝯsulibꝰ

Finis.

Explicit Opusculum de ptãte ec
clesiastica cõtinens tractatꝰ
duos Impressuz Tau
rini ꝑ Nicolauz de
bñdictis ꝛ Jaco
binũ suigũ de
scõ germano
M.cccc.
xciiij. die
x. Fa
brua
rij.



